

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

decente cum respondentibus figuris quibusdam germanici et latini sermonis scriptus et a Vogelino Lipsiae impressus, et proverbia Salomonis.

Hoc modo fiet, ut usu potius quam arte atque praeceptis discant loqui pueri, et musicae exercitationi sedulo intererunt.

Germanicum etiam Lutheri Catechismum una cum oeconomia diebus Jovis et Sabbati, item Evangelium dominicale aetatis tamen cuiusque et ingenii habita ratione memoriae mandabunt.

#### LEX V.

His ita in duabus primis classibus factis, ubi literarum figuras, quoad fieri hac in aetate poterit, eleganter ducere et earum sonum plane, ut decet, exprimere didicerint, ad nominum et verborum, quorum certa exempla partim ex Catone, partim Salomonis proverbiiis, sumi possunt, inflexiones progressi fuerint, ad grammatices solidiorem explanationem *tertii ordinis* discipuli ducendi erunt.

Quam ad rem duabus horis opus esse videtur. Quod reliquum est temporis, id Ciceronis ad Terentiam aut aliis huius generis familiaribus epistolis, volumini etiam poetico primo et Sturmii Neaniscis tribui poterit. Resolvendae autem epistolae erunt et flectenda atque varianda verba singula eademque denuo coniungenda et uniuscuiusque consecutionis ratio tradenda. Sed contexendae atque construendae orationis ratio posterioribus mensibus tradenda erit operaque danda, ut praecipua non obscura nec ad omnes exceptiones deducta grammatices praecepta memoriae pueri mandent.

In Catechismo quoque, Musica et Onomastico Crusii iusto tempore exercebuntur et sermoni latino paulatim consuescere et sermone quotidiano propositas sententias formis latinis commutare incipient.

Stylum etiam tunc attentare hic oportet, sed paucis et in iis, quae quotidiana sunt et vulgaria et ex lectionibus quotidianis desumpta.

Idque utile cum primis erit et factu non difficile, praesertim si loquendi modos et formulas diligenter perceptas et in diariis suis annotatas consignatasque habuerint.

In primis autem illud Quintiliani praeceptum utilissimum observandum erit, qui monet operam dandam esse, ut nomina declinare et flectere verba pueri sciant singulaeque voces ad etymologiae praecepta in Cicerone et poetico volumine primo vel brevi atque eleganti Camerarii de morum urbanitate carmine et fabellis Aesopi latinis examinentur.